<sup>148</sup> Ex gratia causa licite seipsum communicare.

<sup>149</sup> Ex gratia causa licite seipsum communicare.

<sup>150</sup> Ex gratia causa licite seipsum communicare.

<sup>151</sup> Ex gratia causa licite seipsum communicare.

Privil  
gium regu  
larium Eu  
charistiam  
ministran  
di.

Excepto  
Paschate et  
mortis arti  
culo.

**239.** - « *Dixi II<sup>o</sup>. Vel privilegium.* — « Quale habent religiosi mendicantes, et « nominatum Societatis Jesu, ex Pauli III « bulla et aliorum, ut scilicet in suis tem  
« plis, per se vel per alios sacerdotes illic  
« celebrantes, communicare possint quos  
« cumque Christi fideles. — Praeterquam  
« in mortis articulo (in quo tamen, si ur  
« geat necessitas, praesumitur ratihabitio  
« Papae, etiam invito parocho, ut habet  
« Bonacina<sup>1)</sup>, et festo Paschatis». [Et p  
« terquam, si episcopus rationabiliter alicui  
« communionem prohibeat]. « Vide card. de  
« Lugo<sup>2)</sup>.

« Porro per festum *Paschatis*, Pontifi  
« ces hic videntur intelligere et prohi  
« bere communionem illam qua satisfit  
« pracepto annuae communionis; ut do  
« cet Sà, *Filliuccius* et communiter. —  
« Per mortis articulum intelligitur tempus  
« quo vel mors proxime instat, et moraliter  
« certa et inevitabilis est; vel quo est mor  
« tis periculum, id est probabile dubium  
« de vitae conservatione tali casu, quo  
« valde frequenter mors solet accidere.  
« Suarez<sup>3)</sup> et alii ».

**240.** - « *Ex dictis resolves, quod regu  
« lares licite dent Eucharistiam in arti  
« culo mortis*, uti et in *Paschate*, sequen  
« tibus casibus:

« 1<sup>o</sup>. Si extrema sit necessitas: ut si  
« periclitetur de salute aeterna.

« 2<sup>o</sup>. Si sit gravis necessitas, id est pro  
« babile mortis periculum, et parochus  
« nolit vel non possit dare. Card. de Lu  
« go<sup>4)</sup>.

*Paulus III*, bulla *Cum inter cunctas*, de die 3 Jun. 1545;  
habetur in *Institut. S. J.* — <sup>1)</sup> Disp. 4, de *Euch.*, qu. 5, punct. 1,  
n. 10. — <sup>2)</sup> Disp. 18, n. 38, 49 et seqq. — *Sà, v. Eucharistia*,  
n. 10. — <sup>3)</sup> *Fili.*, tr. 4, cap. 9, n. 264 et 265. — <sup>4)</sup> *De Poenit.*,  
disp. 26, sect. 4, n. 2; et de *Relig.*, tr. 8, lib. 2, cap. 19,  
n. 12 et 13. — <sup>5)</sup> *De Euch.*, disp. 18, n. 53. — <sup>6)</sup> *De Euch.*,  
cap. 4, qu. 2, resp. 2. — *Henrig.*, lib. 8, cap. 55. — *Navar.*,

« go<sup>4)</sup>. — [Cum Roncaglia<sup>5)</sup> et pluribus,  
contra aliquos].

« 3<sup>o</sup>. Si a Pontifice vel episcopo ha  
« beant privilegium: quale hoc tempore  
« habent religiosi aliqui quibusdam locis  
« ab episcopis dandi communionem pa  
« schalem.

« 4<sup>o</sup>. Si quis in Paschate non possit in  
« sua parochia communicare, nec petere  
« veniam a parocho.

« 5<sup>o</sup>. Si, ratione communionis pascha  
« lis, parochiae suae ante satisficerint,  
« aut postea satisfacturi putentur; quia  
« tunc parochis nihil decedit, cum ipso die  
« Paschae abstinere a communione pos  
« sint. — Sic, contra Henriquez et Navar  
« rum, docent Sà, *Filliuccius*<sup>6)</sup>; [Ita etiam  
Suarez<sup>6)</sup>, *Palaus*<sup>7)</sup>, *Anacletus*<sup>8)</sup> cum com  
muni] « et Laymann, qui addit<sup>c)</sup>: nisi con  
« staret parochum esse invitum, ac ratio  
« nabilater id prohibere (v. gr. quod alias  
« rationem communicantium habere in sua  
« parochia non possit); tunc enim ad pa  
« rochiam esse rejiciendos. — Card. de  
« Lugo<sup>8)</sup>, Bonacina<sup>9)</sup> ».

Refert noster Summus Pontifex Bene  
dictus<sup>9)</sup>, declarasse S. Congregationem,  
non posse regulares die Paschatis mini  
strare Eucharistiam ex devotione com  
municantibus. — Sed Roncaglia<sup>10)</sup> et Wi  
gandt<sup>11)</sup> in hoc constantem ajunt esse con  
suetudinem in contrarium, quae jurisdic  
tionem praebet.

« 6<sup>o</sup>. Si aegrotus neandum pervenerit  
« ad eum statum, ut ex pracepto tenea  
cap. 21, n. 52. — *Sà, v. Eucharistia*, n. 10. — <sup>6)</sup> Disp. 72,  
sect. 2, v. *Dub. 2<sup>o</sup>m.* — <sup>7)</sup> Tr. 21, punct. 19, n. 3. — *Laym.*,  
lib. 5, tr. 4, cap. 7, num. 4. — <sup>8)</sup> Loc. cit., num. 50. — <sup>9)</sup> *De Synodo*, lib. 9, cap. 16, num. 3. Cfr. etiam Pallottini,  
v. *Sacram. Euch.*, § 1, n. 1 et seqq.; et *Thesaur. Resolut.*  
S. C. C., tom. 7, fol. 162 et 181. — <sup>10)</sup> Loc. cit., qu. 2, resp. 2.  
— <sup>11)</sup> Tr. 12, exam. 4, num. 48.

pore paschali recipere in ea parochia in qua  
degunt.

*c)* Laymann scribit: « Sin autem existim  
etur contrariam esse parochi voluntatem, ut  
contentus non sit paschali tempore communio  
nem conferri parochianis suis, iis nimur de  
quibus praesumi non potest in parochia etiam  
communicasse aut communicaturos, tunc con  
fessarius severius praecipere debet poenitent  
ibus omnibus, ut in parochia communicent  
paschali tempore; deinde, quantum fieri po  
test, ipso dominico die Resurrectionis absti  
nere debent a parochianis communicandis ».

« tur ad communionem; etsi tunc maneat  
« obligatus suscipere communionem ex  
« manu parochi in articulo mortis.

« 7<sup>o</sup>. Si aegrotus satisficerit praecerto  
« de viatico, cum intentione illud implendi;  
« quia administratio Eucharistiae tantum  
« est vetita regularibus quando praece  
« ptum communionis obligat. — Nunquam  
« tamen, sine licentia episcopi vel parochi,  
« licet religiosis publice Eucharistiam de  
« ferre per plateas; cum id juri paro  
« chorum consuetudine obtento deroget.  
« Proinde eo casu in aegroti oratorio aliave  
« honesto domus loco, de licentia Ordin  
« narii, privatim facto Sacro, Eucharistia  
« est danda. — Ita Suarez; vide Diana<sup>1</sup>.

« 8<sup>o</sup>. Quibusdam qui frequenter com  
« municant apud religiosos, nec possunt  
« adduci ut communicent in parochia.  
« Idque, ex tacito et praesumpto consensu:  
« quem Laymann<sup>a)</sup> putat facilius posse  
« praesumi in militibus praesidiariis; item  
« in aulicis, studiosis, aliisque academi  
« cis, etc., qui frequenter communicantes  
« extra suspicionem esse solent. — Vide  
« Laymann<sup>b)</sup>.

« 9<sup>o</sup>. Si in Paschate sint vagi, pere  
« grini et advenae; secundum senten  
« tiam probabile multorum, ut San  
Speciali  
ter pro va  
gis et pere  
grinis.

*Suar.*, de *Relig.*, tr. 10, lib. 9, cap. 3, n. 12 et 13. —  
1 Part. 4, tr. 4, resol. 14; et part. 9, tr. 9, resol. 63. —  
2 Lib. 5, tr. 4, cap. 7, n. 4. — <sup>3)</sup> *De Matr.*, lib. 3, disp. 23,  
n. 7. — <sup>4)</sup> *De 1<sup>o</sup> Praec. Eccl.*, lib. 1, cap. 8, n. 5. — <sup>5)</sup> *De Euch.*, disp. 18, num. 50. — <sup>6)</sup> Part. 3, tr. 2, resol. 12. —  
7 De *Euch.*, cap. 5, art. 2, quaer. 2, v. *Circa illud...* 6. —  
8 *De Euch.*, cap. 4, qu. 2, resp. 2. — *Passer.*, de *Statib.*,  
qu. 187, art. 1, n. 979. — <sup>9)</sup> Loc. cit. — <sup>10)</sup> Disp. 72, sect. 2,

« chez<sup>3)</sup>, Fagundez<sup>4)</sup>, card. de Lugo<sup>5)</sup>,  
« Diana<sup>6)</sup>.

Huic adversantur [Contin.] Tournely<sup>7)</sup>;  
et Roncaglia<sup>8)</sup> cum Barbosa<sup>9)</sup> et Passe  
rino, dicentes quod advenae debent su  
mere communionem paschalem de manu  
parochi loci; quia iste tunc censendus est  
proprius eorum pastor. — Sed cum Bu  
senbaum communissime oppositum docent  
Sanchez<sup>9)</sup>, Suarez<sup>10)</sup>, Lugo<sup>11)</sup> (qui vocat fere  
communem), Viva<sup>12)</sup>, Anacletus<sup>13)</sup>, Pa  
laus<sup>14)</sup>; et Salmant.<sup>15)</sup> cum Navarro<sup>1</sup>,  
Soto<sup>16)</sup>, Cajetano, Azor<sup>17)</sup>, etc. Ratio, quia  
peregrini et vagi non habent proprium  
pastorem. Et favet declaratio Eugenii IV<sup>18)</sup>  
apud Sanchez, qui concessit peregrinis ut  
possint in parochiae hospitiis communi  
care; non autem coegerit, sed reliquit eos  
dispositioni juris communis.

« 10<sup>o</sup>. Si sint famuli vel domestici vel  
« familiares eorum qui circa tales habent  
« privilegium. — Vide *Compendium Pri  
vilegiorum Societatis*<sup>19)</sup>, et Diana<sup>11)</sup>.

Bonacina<sup>18)</sup> refert quamdam declara  
tionem S. C. Concilii (apud Sà), qua di  
ctum fuit, famulos saeculares monaste  
riorum teneri sumere communionem pa  
schalem in parochia. — Hoc autem, ait  
Bonacina, non intelligendum de iis qui

Quid de  
familis re  
gularium.

*d)* Quidquid asserat Busenbaum, id Lay  
mann, loc. cit., n. 4, non habet.

*e)* Barbosa, de *Parocho*, cap. 19, n. 16, qui  
locus utique citatur a Roncaglia, non de com  
munione loquitur, sed de confessione: « Vag  
num debere confiteri parocho illi in cuius  
parochia reperitur tempore perceptionis sa  
cramenti ». Sed n. 15, (a Ronc non citat.) de  
peregrinis et advenis loquens, scribit: « Hodie  
ex tacita Ordinariorum voluntate per consu  
tudinem confirmata, non solum possunt ad  
venae et peregrini cuicunque approbato sa  
cerdoti confiteri, sed etiam S. Eucharistiae  
sacramentum, etiam tempore paschali, susci  
pere, si ad propriam parochiam facile acce  
dere nequeant ».

*f)* Sotus, in 4, dist. 18, qu. 4, art. 2, quam  
vis a Salmant. hic citetur, contrariam tenet  
sentientiam, referendo declarationem Euge  
ni IV, juxta quam viatores in Paschate cen  
sendi sunt tamquam incolae loci, quoad sa  
cramenta Poenitentiae et Eucharistiae. — Na  
varrus autem, qui a Salmant. ex Castropalo  
citatur, tractat in cap. Placuit, de *poenit.*,  
dist. 6, num. 80 et seqq., de sacramento  
Poenitentiae, quod vagabundus juxta ipsum,  
non solum a parocho loci, sed a quocumque  
alio sacerdote accipere potest. De cetero affert  
n. 17, <sup>19</sup> V. *Familias*, § 2. — <sup>17</sup> Part. 3, tr. 2, resol. 12. —  
<sup>18</sup> Disp. 4, de *Euch.*, qu. 7, punct. 2, num. 10. Cfr. etiam  
Pallottini, v. *Sacr. Euch.*, § 1, n. 16 et 17. — *Sà, v. Eucha  
ristia*, n. 9. — *Bonac.*, loc. cit., n. 10.

nii IV, juxta quam viatores in Paschate cen  
sendi sunt tamquam incolae loci, quoad sa  
cramenta Poenitentiae et Eucharistiae. — Na  
varrus autem, qui a Salmant. ex Castropalo  
citatur, tractat in cap. Placuit, de *poenit.*,  
dist. 6, num. 80 et seqq., de sacramento  
Poenitentiae, quod vagabundus juxta ipsum,  
non solum a parocho loci, sed a quocumque  
alio sacerdote accipere potest. De cetero affert  
n. 17, <sup>19</sup> V. *Familias*, § 2. — <sup>17</sup> Part. 3, tr. 2, resol. 12. —  
<sup>18</sup> Disp. 4, de *Euch.*, qu. 7, punct. 2, num. 10. Cfr. etiam  
Pallottini, v. *Sacr. Euch.*, § 1, n. 16 et 17. — *Sà, v. Eucha  
ristia*, n. 9. — *Bonac.*, loc. cit., n. 10.

*g)* Azor, pariter a Salmant. citatus, con  
trarium tenere videtur, dicendo, part. 1, lib. 7,  
cap. 30, qu. 8, posse peregrinos in parochia  
in qua degunt, praecipito satisfacere.

*h)* Est vivae vocis oraculum, quod repe  
ritur in *Compend. privilegior. Mendicantium*,  
14

degunt in monasteriis vel in locis exemptis a cura parochorum: et idem sentiunt Anacletus<sup>1</sup> cum communi (ut asserit), Roncaglia<sup>2</sup>, Palaus<sup>3</sup>; et Salmant.<sup>4</sup> cum Dicastro.

Attamen Wigandt<sup>5</sup> et Benedictus XIV<sup>6</sup> sentiunt oppositum. Nam (ut ait praefatus Benedictus) tantum illi servientes monasteriis sunt exempti a jurisdictione sui Ordinarii, qui (ut habetur in Tridentino<sup>7</sup>) *actu servant et intra eorum septa ac domo resident, subque eorum obedientia vivunt*. Unde, ut ait, non eximuntur ab obligatione communionis paschalis in parochia, famuli monasteriorum, nisi vivant intra ipsam clausuram, et sub obedientia praelatorum regularium. — Et huic con-

formia esse refert idem Benedictus plura decreta S. Congregationis, et signanter illud editum 22 Novembris 1721, ubi dictum fuit teneri recipere communionem in parochia, famulos monialium degentes in domibus sitis in atriis monasteriorum, muro circumvallatis, quae sunt contigua monasterii, cum janua quae clauditur.

Sed, hoc non obstante, refert Croix<sup>8</sup>, Societati Jesu expressum privilegium concessum fuisse, ut famuli domestici, intra septa religiosa habitantes, possint satisfacere communioni paschali communicando in templis Societatis. — Sed adnotat ibi Pater Zaccaria plures decrevisse S. Congregationem hoc privilegium non extendi ad alias religiones.

## ARTICULUS II.

QUID REQUIRATUR IN MINISTRO, AD LICITAM ADMINISTRATIONEM EUCHARISTIAE.

241. *An Eucharistia deferenda ad infirmum cum stola, superpelliceo ac lumine. Quid de Extrema Unctione. — 242. An in necessitate liceat currere. — 243. An deferre Eucharistiam in equo. Et an, tantum ad eam adorandam. — 244. An liceat dispensare vel celebrare posterioribus digritis. Et an, medio instrumento tempore pestis. — 245. Quando peccet dispensans ob defectum ritus Ecclesiae. — 246. Quibus subjectis non liceat porrigerere communionem. — 247. An autem communio porrigena reis capite damnatur. Et an semifatuus et obsessus. — 248. Quomodo pastor debeat asservare Eucharistiam. Et an Eucharistia asservanda et deferenda semper sit cum lumine. — 249. An ministranda communio in Missa de Requie. — 250. Quid faciendum, si hostia decidat in terram. — 251. Quid faciendum de fragmentis hostiarum. — 252. Qua hora et qua die possit dari communio. — 253. Quoties parochus teneatur ministrare communionem. — 254. Quid notandum circa communionem quotidiana.*

Reverentia in ministranda Eu-  
charistia.

241. — « Resp. I<sup>o</sup>. Ut minister circa Eucharistiae distributionem non peccet, praeter gratiam, etiam reverentiam in eo tum ratio tum canones requirunt; ita ut praestet hoc sacramentum omitti (cum ejus susceptio saepe non sit necessaria ad salutem), quam admitti positiuam irreverentiam.

« Unde resolvest:

« 1<sup>o</sup>. Eucharistia non est deferenda ad infirmum nisi cum habitu decenti, id est cum stola et superpelliceo, ac praecedente lumine. (Secus est de Extrema

« Unctione, cuius materia, cum non sit sacramentum, non requirit tantam reverentiam). — [Ita etiam Mazzotta cum Croix<sup>a)</sup> et communi].

« Putant tamen quidam, si habitus haberi non possit, aut sit tempestas, aut iter faciendum, non fore irreverentiam si sacerdos Eucharistiam in pyxide vel corporali involutam in sinu suo clam deferat. Quod certius videtur licere in locis haereticis, ubi etiam in necessitate, et clam praeciso scandalo, poterit porrigerere sine stola et superpelliceo; etsi

<sup>1</sup> Tr. 10, dist. 3, n. 40. — <sup>2</sup> De Euch., cap. 4, qu. 2, resp. 2. — <sup>3</sup> Tr. 21, punct. 15, n. 10. — <sup>4</sup> Tr. 4, cap. 8, n. 30. — <sup>5</sup> Dicast., tr. 4, de Euch., disp. 10, dub. 7, n. 178. — <sup>6</sup> Tr. 12, exam. 4, n. 48. — <sup>7</sup> Notif. 55, n. 7. — <sup>8</sup> Sess. 24, de reform.,

cap. 11. — *Bened. XIV*, loc. cit., n. 8; cfr. Thesaur. resolut. S. C. Conc., 22 Nov. 1721, et 17 Sept. 1722. — <sup>9</sup> Lib. 6, part. 1, n. 635. — *Zaccaria*, in Croix, lib. 6, part. 1, n. 624. — *Mazzotta*, tr. 5, disp. 4, qu. 1, cap. 3, § 2, n. 1. — <sup>10</sup> Disp. 72, sect. 4, v. *Tertio*. — <sup>11</sup> De

v. Absolutio I, quoad saeculares, n. 5; sed signatur o parva, qua vivae vocis oracula non authentica indicantur

<sup>12</sup> Croix, lib. 6, part. 1, n. 489, de sola Eucharistia loquitur, et concordat; sed addit: « Attamen in necessitate pro viatico,

« nullo modo celebrandum sit sine vestibus sacris ob viaticum dandum. — Bonacina<sup>b)</sup>.

Ministrare Eucharistiam sine lumine et solita confessione reputatur tantum veniale; ut communiter dicunt Suarez<sup>1</sup>, Roncaglia<sup>2</sup> cum Quarto; Croix<sup>3</sup> cum Gobat; et Salmant.<sup>4</sup> cum Filiuccio, Granado et Fagundez; ac Mazzotta cum communi, ut asserit. — Ministrare autem sine stola et superpelliceo, communiter censem DD., esse mortale ex genere suo; ut Suarez<sup>5</sup> et Roncaglia<sup>6</sup>, ac Filiuccius<sup>7</sup>. — Omissa tamen tantum stola, dicit Roncaglia pluribus videri solum veniale.

Utrum autem in necessitate liceat ministrare viaticum sine lumine et vestibus sacris? — Negat Bonacina<sup>c)</sup> cum Silvestro<sup>d)</sup> et Possevino; quia (ut ait) praestat potius reverentiam servari tanto sacramento quam infirmum communicare. — Sed communius et satis probabiliter affirmanit Croix<sup>8</sup> et Mazzotta<sup>9</sup>, Gobat<sup>10</sup>, Elbel<sup>11</sup>; et Renzi<sup>e)</sup> cum Filiuccio<sup>f)</sup>, Aversa<sup>g)</sup>, Granado<sup>h)</sup>, etc. Ratio, quia non rationabiliter praesumitur quod Christus, qui hoc sacramentum ad subsidium ani-

<sup>1</sup> Disp. 72, sect. 4, v. *Tertio*. — <sup>2</sup> De Euch., cap. 4, qu. 3, resp. 2. — <sup>3</sup> Quarti, part. 2, tit. 10, sect. 3, dub. 3, diff. 3, v. *Dico 1<sup>o</sup> et 2<sup>o</sup>*. — <sup>4</sup> Lib. 6, part. 1, num. 489. — *Gobat*, tr. 4, n. 382. — <sup>5</sup> Tr. 4, cap. 9, n. 24. — <sup>6</sup> *Fili.*, tr. 4, cap. 9, n. 270. — *Jacob de Granado*, in 3 P., contr. 6, de Euch., tr. 12, disp. 3, num. 2. — *Fagund.*, de 3<sup>o</sup> Praec. Eccl., lib. 3, cap. 3, n. 9. — *Mazzotta*, tr. 5, disp. 4, qu. 1, cap. 3, § 2, n. 1. — <sup>7</sup> Disp. 72, sect. 4, v. *Tertio*. — <sup>8</sup> De

In necessitate, ad viaticum dandum, licet omituntur.

Euchar., cap. 4, qu. 3, resp. 2. — <sup>9</sup> Tr. 4, cap. 9, n. 270. — <sup>10</sup> *Roncagl.*, loc. cit. — *Possev.*, de Off. curati, cap. 5, n. 38. — <sup>11</sup> Lib. 6, part. 1, num. 489. — <sup>12</sup> Tr. 5, disp. 4, qu. 1, cap. 3, § 2, n. 1. — <sup>13</sup> Tr. 4, n. 413. — <sup>14</sup> De Euch., n. 63. — <sup>15</sup> Loc. cit. — <sup>16</sup> Tr. 4, singul. 8, n. 2. — <sup>17</sup> Loc. cit., n. 614. — *Gobat*, loc. cit., n. 416 (edit. Monach., n. 406). — <sup>18</sup> Tr. 4, cap. 9, num. 25. — <sup>19</sup> Disp. 4, de Euch., qu. 5, punct. 2, n. 9. — <sup>20</sup> *Possev.*, de Offic. curati, cap. 5, n. 37.

In necessitate, sa-  
cerdos via-  
ticum defi-  
rens potest  
currere.

Potest  
quandoque  
uti e quo  
mansueto.

si aliquo negligeretur, posset deferri et dari sine ulla ejusmodi veste, itemque sine lumine».

<sup>b)</sup> Bonacina, *disp. 4, de Euch.*, qu. 5, punct. 2, n. 8, habet primum assertum Bussenbaum.

<sup>c)</sup> Bonacina, *loc. cit.*, n. 8, loquitur (sicut et Possevino) de deferenda Eucharistia, addens secus esse de Extrema Unctione, quae non indiget tanta veneratione quanta adhibenda est SS. Eucharistiae sacramento». Ex quibus colligi potest ratio quam Bonacinae S. Alphonsus tribuit.

<sup>d)</sup> Silvester non satis accurate a Bonacina ex Possevino allegatur; nam v. Sacramentum, n. 3, ut notat Possevino, docet viaticum non esse absolute necessarium; hinc concludit Possevino, posse non deferri potius quam sine lumine et vestibus sacris deferatur.

<sup>e)</sup> Renzi, *de Euch.*, cap. 3, qu. 15, adhaeret sententiae negativae, pro qua etiam citat Filiuccium, Aversam, Jacobum de Granado. Et certe ii auctores non tenent affirmativam.

marum instituit, et Ecclesia quae tam benigna est mater, voluerint moribundos tanto bono privari, ne praescriptae caeremoniae omittantur<sup>f)</sup>.

Deferre autem Eucharistiam ad aliud altare sine vestibus sacris, dicit Croix<sup>12</sup> cum Diana<sup>13</sup> et communi, non excedere peccatum veniale. — Censet etiam Pasqualigo<sup>14</sup> apud Croix<sup>15</sup>, quod episcopus potest dispensare, ut deferatur viaticum cum pileolo in villis et pagis.

242. — « 2<sup>o</sup>. Praestat aegrum non communicatum mori quam sacerdotem in habitu cum sacramento per publicum currere; etsi festinare valde debeat, ut dicit Quintanadvenas<sup>16</sup>. [Sed probabile est posse sine irreverentia currere in necessitate; ut Croix<sup>17</sup> cum Gobat; item, contra Salmant.<sup>18</sup> cum Bonacina<sup>19</sup>]. — Secus est in Baptismo et Poenitentia, si probabiliter timeretur ne aegrotus decederet in mortali. Tunc enim currendum esset; ut habet Bonacina<sup>20</sup>, ex S. Thoma<sup>21</sup>, Possevino et aliis».

243. — « 3<sup>o</sup>. Ad infirmum longe distante licere parocho Eucharistiam deferre in equo mansueto, ita ut non sit peri-

<sup>1</sup> Disp. 72, sect. 4, v. *Tertio*. — <sup>2</sup> De Euch., cap. 4, qu. 3, resp. 2. — <sup>3</sup> Tr. 4, cap. 9, n. 270. — <sup>4</sup> *Roncagl.*, loc. cit. — <sup>5</sup> *Possev.*, de Off. curati, cap. 5, n. 38. — <sup>6</sup> Lib. 6, part. 1, num. 489. — <sup>7</sup> Tr. 5, disp. 4, qu. 1, cap. 3, § 2, n. 1. — <sup>8</sup> Tr. 4, n. 413. — <sup>9</sup> De Euch., n. 63. — <sup>10</sup> Loc. cit. — <sup>11</sup> Tr. 4, singul. 8, n. 2. — <sup>12</sup> Loc. cit., n. 614. — <sup>13</sup> *Gobat*, loc. cit., n. 416 (edit. Monach., n. 406). — <sup>14</sup> Tr. 4, cap. 9, num. 25. — <sup>15</sup> Disp. 4, de Euch., qu. 5, punct. 2, n. 9. — <sup>16</sup> *Possev.*, de Offic. curati, cap. 5, n. 37.

<sup>f)</sup> Et S. C. de Prop. Fide, die 20 Decembris 1739 et 9 Decembris 1822, huic sententiæ affirmativaे adhaesit, declarans id in casu necessitatis licere. Idemque declaravit S. R. C.; vide ejusdem *Decreta authentica*, n. 3234, dub. 1, qu. 1 et 3.

<sup>g)</sup> Diana, part. 10, tr. 13, resol. 34, id refert ex alio auctore, quem nec probat nec reprobatur.

<sup>h)</sup> Pasqualigo, *de Sacrif. Miss.*, qu. 833, n. 3, asserit episcopum posse dispensare, « si adsit justa causa»; et subdit hanc esse praxim in villis, ut sic utatur pileolo. Et ita etiam Pasqualigo citatur a Croix, *loc. cit.*, n. 614.

242. — <sup>a)</sup> Bonacina, qu. 5, punct. 2, n. 9, scribit: « Parochum non teneri Eucharistiam ad infirmum morti proximum deferre, si timeat fore ut eam non possit administrare infirmo, nisi valde festinanter currat; nam cursus nimis festinus videtur repugnare reverentiae tanto sacramento debitae».

<sup>b)</sup> S. Thomas citatur a Bonacina pro sola

« culum lapsus, docet Quintanadvenas<sup>1</sup>. [Idem tenet Elbel<sup>2</sup> cum Gobat, si fiat causa tempestatis vel distantiae, vel quia periculum est in mora. Idque concessit S. Carolus<sup>3</sup>]. « Sed negant Possevinus<sup>4</sup> et Barbosa, nisi loci consuetudo permit-tat. Adduntque non licere pyxidem dare portandam laico, quantumvis pastor sit fatigatus; sed potius ex collo suspensandam bursam.

« 4º. Eucharistia non est deferenda ad aegrum, venerationis tantum causa, ut adoret vel osculetur, si sumere non possit. Quod etiam prohibuit Congregatio cardinalium: quae tamen non videtur prohibere ut venerationis causa deferatur ad lectum, si in domo celebretur».

In hoc attendendum omnino decretum S. C. Concilii, *in sess. 13, can. 7*, (apud Lugo<sup>5</sup>), ubi sic declaratum fuit: *Non licet sanctam Eucharistiam ad aegrotantes deferre, qui morbi gravitate impediti sumere eam non possunt, sed venerationis gratia solent eam deosculari. Et si forte aliquo in loco talis est consuetudo, ea prorsus est tollenda, quod Pius V prohibuit.*

<sup>1</sup> Tr. 4, singul. 8<sup>th</sup>, n. 2. — <sup>2</sup> Confer. 13, de Ministro Euch., num. 74. — <sup>3</sup> Gobat, tr. 4, num. 415 (edit. Monach., num. 405). — <sup>4</sup> Barbosa, de Parocho, cap. 20, num. 51. — <sup>5</sup> Resp. moral., lib. 1, dub. 11, num. 3. Cfr. etiam Rituale Rom., tit. de Commun. infirmorum. — <sup>6</sup> Disp. 4, qu. 5, punct. 2, num. 10. — <sup>7</sup> Possev., cap. 5, num. 49. — <sup>8</sup> Tr. 5, disp. 4, qu. 1, cap. 8, § 2, num. 3. — <sup>9</sup> Lib. 6, part. 1,

ratione qua fulcitur ultimum hoc assertum: quemlibet scilicet teneri vitam suam prodigere in extrema spirituali necessitate proximi. Atvero Angelicus, loco a Bonacina allegato, nempe in *2<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>, qu. 185, art. 5*, dicit tantum pastorem non posse gregem deserere propter quocumque periculum imminens, ubi ejus corporalis praesentia necessaria est proximi salutis spirituali.

<sup>243.</sup> — <sup>a)</sup> S. Carolus, in *Actis Mediolan.*, part. 4, Instr. visit. infirmor., § De communione, v. *SSimum Sacramentum*, nullam mentionem de hoc facit.

<sup>b)</sup> Possevinus male hic a Busenbaum allegatur, nam, *cap. 8, n. 41 et 42*, vult ut loci consuetudini se conformet, addens: « Et si nulla sit consuetudo, nullum est peccatum equo ferre, nisi equus esset indomitus et praeceps».

<sup>244.</sup> — <sup>a)</sup> Ita sane citatur Toletus a Bonacina. Sed Possevinus, a quo Bonacina videtur citationem accepisse, dicit *loc. cit.*, totam qui-

244. — <sup>c)</sup> Non licet dare Eucharistiam aliis digitis, si indice et pollice ob chiragram dari non possit; ut docent Bonacina<sup>4</sup> et Possevinus: — contra Totetum<sup>5</sup>, cuius sententia tutu videtur, si alias aeger sine viatico esset moriturus: praesertim si tunc detur duabus indicibus.

Quaeritur: *an qui laborat chiragra, possit aliis digitis quam pollice et indice ministrare Eucharistiam?*

Affirmant Mazzotta<sup>6</sup>; et Croix<sup>7</sup> cum Arriaga<sup>8</sup>, Leandro et Gobat<sup>9</sup>; quia, licet soli primi digitii sacerdotis inungantur, tamen tota manus consecratur. — Probabilis vero negant Diana<sup>10</sup>, Renzi<sup>11</sup>; et Bonacina<sup>12</sup> cum Possevino. Ratio, quia, etsi tota manus sit consecrata, attamen index et pollex ex rito Ecclesiae ad hoc ministerium deputantur.

Et quamvis communiter admittant cum Busenbaum, Diana et Renzi<sup>10</sup>; item Concina<sup>13</sup>, Salmant.<sup>14</sup>, Tournely<sup>15</sup> et Roncaglia<sup>16</sup>, contra Bonacina, posse ministrari Eucharistiam posterioribus digitis in casu extremae vel gravissimae necessitatis: — pariter tamen communiter dicunt Palaus<sup>17</sup>

num. 490. — <sup>a)</sup> Leander, is est *Emman. a Conceptione*, Summa novem partium Leandi, num. 370. — <sup>b)</sup> Part. 10, tr. 11, resol. 40; et tr. 16, resol. 80. — <sup>c)</sup> De Euchar., cap. 3, qu. 16. — <sup>d)</sup> Loc. cit., n. 10. — <sup>e)</sup> Possev., loc. cit., n. 49. — <sup>f)</sup> Diana, part. 10, tr. 16, resol. 80. — <sup>g)</sup> De Euch., cap. 3, qu. 16. — <sup>h)</sup> Tr. 4, cap. 9, n. 26. — <sup>i)</sup> Bonac., disp. 4, de Euch., qu. 5, punct. 2, n. 10. — <sup>j)</sup> Tr. 29, disp. 6, punct. 11, n. 3.

dem manum esse consecratam; consuetudinem tamen declarare solos pollices et indices esse convenientes, et addit: « Tolet., *Instit.*, lib. 1, cap. 58, n. 2, licet ibi loquatur non de administratione, sed de sola celebratione, hoc concedit». At re vera Toletus, *cap. 63, n. 2*, (non autem *cap. 58*), irregulariter esse ait qui pollice et indice careret.

<sup>b)</sup> Arriaga, *de Euch.*, disp. 48, n. 11, habet solum rationem qua utuntur auctores hujus opinionis, nimurum: « Sacerdos habet... vi ordinis et consecrationis potestatem tangendi Venerabile...; ad id enim muneric specialiter ei consecrantur manus».

<sup>c)</sup> Gobat, tr. 4, n. 391 et 422, id concedit in vera necessitate».

<sup>d)</sup> Concina, *de Euch.*, cap. 7, n. 15; Contin. Tournely, *de Euch.*, cap. 5, art. 2, v. *Quaeres 5*; Roncaglia, *de Euch.*, cap. 4, qu. 3, resp. 2, dicunt posse id fieri in casu necessitatis, quod ipse Concina intelligit expresse de gravi et rationabili causa.

Adhibere  
alios digitos  
praeter pollicem et in-  
dicem, illi-  
citum.

Etsi mini-  
ster chiragra labo-  
rat.

Quid de  
usu instru-  
menti in mi-  
nistranda  
Eucha-  
ristia.

et Laymann<sup>1</sup>; Bonacina<sup>2</sup> cum Suarez, Molina, Sayro, Avila, Filiuccio et Reginaldo, quod si quis haberet pollicem ita infirmum, ut non posset cum eo hostiam frangere, non posset quidem celebrare<sup>3</sup>. Idque infertur ex *cap. ult.*, *de corp. vitiat.*, ubi dictum fuit, tum tantum permittendum alicui sacerdotio initiari, cum habeat pollicem aptum ad frangendam hostiam. — Regula autem generalis est, id quod est impedimentum ad suscipiendum Ordinem, post susceptionem exercitium Ordinis impediare. Vide Salmant.<sup>4</sup>

Et idem dicunt Bonacina<sup>5</sup>, Viva<sup>6</sup> et Mazzotta<sup>7</sup>, de sacerdote qui indicem haberet ineptum ad usum<sup>8</sup>.

« 6º. Non licet tempore pestis porrigerere Eucharistiam medio aliquo instrumento (multo minus deponere alicui in scutella, ut ab ipsomet aegro sumatur); sed manu danda est, ut docet Bonacina, ex Suarez<sup>9</sup> et aliis. — Quamvis Possevinus<sup>10</sup> non improbabiliter dicat posse, praeciso scandalo et periculo lapsus in terram, instrumento ad id rite confecto dari». [Puta in cochleari. Id tamen negant Diana<sup>11</sup>; et Renzi<sup>12</sup> cum Fagundez<sup>13</sup>] et concilio Mediolanensi V, ubi id vetitum fuit. Sed merito putant non improbabiliter

<sup>1</sup> Lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 7, n. 1. — <sup>2</sup> Disp. 7, de Irregul., qu. 2, punct. 2, num. 16. — <sup>3</sup> Suar., de Censur., disp. 51, sect. 2, n. 17, v. *Quinto potest.* — <sup>4</sup> Molina, tr. 3, disp. 70, num. 3. — <sup>5</sup> Sayr., de Censur., lib. 6, cap. 9, num. 2 et 4. — <sup>6</sup> Avila, part. 7, disp. 3, dub. 1. — <sup>7</sup> Filiu., tr. 19, cap. 6, num. 178. — <sup>8</sup> Regin., lib. 30, tr. 2, num. 53. — <sup>9</sup> Tr. 10, cap. 7, num. 2. — <sup>10</sup> Disp. 7, de Irregul., qu. 2, punct. 2, num. 16. — <sup>11</sup> De Irregul., qu. 9, art. 4, num. 15. — <sup>12</sup> Tr. 8, disp. 5, qu. 2, cap. 5, num. 1. — <sup>13</sup> Part. 5, tr. 3, resol. 50; cfr. part. 4, resol. 114. — <sup>14</sup> De Euchar., cap. 3, qu. 16. — <sup>15</sup> Concil. Mediol. V, part. 2 constitut., cap. 15, v. *Atuero*. —

<sup>16</sup> Scilicet ii auctores dicunt ejusmodi infirmos digitis esse irregulares.

<sup>17</sup> Viva sic loquitur: « Qui parte etiam pollicis aut indicis caret, et qui laborat debilitate digitorum, ita ut notabiliter impeditur frangere Eucharistiam illamque tractare», est irregularis. Et ita etiam Bonacina.

<sup>18</sup> Suarez, licet a Bonacina hic citetur; id tamen, *de Poenit.*, disp. 44, sect. 3, n. 17, v. *Dico 3<sup>a</sup>*, non habet.

<sup>19</sup> Possevinus, *de Offic. curati*, cap. 8, n. 35, de iis qui doctrinam hanc tenent scribit: « Forte possent sustineri»; sed postquam rationes hujus opinionis exposuit, concludit: « Ego tamen consulio non recedendum a communi usu Ecclesiae, qui est ministrare imme-

licitum in tali necessitate, cum Busenbaum, Bonacina<sup>1</sup>; item Mancinus et Merchant, apud Croix<sup>2</sup>; et Salmant.<sup>3</sup> cum Gavanto<sup>4</sup>, Leandro, etc.: quia necessitas satis videtur excusare a solito rito Ecclesiae]. — « Quod in praxi, pro aegroto, qui non potest trajicere hostiam (ut sci-licet ei detur Eucharistia, imposita particula hostiae cum vino in cochleari), admittit Praepositus<sup>5</sup> et Escobar<sup>6</sup>, Dia-na<sup>7</sup> ». [Vide dicenda n. 288, v. *Dicunt*].

« 7º. Sacerdos podagra laborans potest deferi ad altare, ut ibi Eucharistiam administret; seclusa tamen alia prohibitiōne. — Ita Possevinus<sup>8</sup>, Bonacina<sup>9</sup>.

245. — « Resp. IIº. Requiritur praeterea ut eam dispenset ritu Ecclesiae consueto: deinde, ut eam neget (per se loquendo) indispositis animo vel corpore; denique, si pastor sit, ut ministret eam ovibus, quoties rationabiliter petunt. — Bonacina<sup>10</sup>.

« Dixi 1) *Ritu Ecclesiae*; quia legitimus Ecclesiae ordo sub peccato obligat.

« Unde resolves:

« Peccat, 1º. Qui Eucharistiam dat sub utraque specie, locis vel personis quibus a Pontifice non est concessum. — Item, si morituro, qui ob linguae aridi-

Eucha-  
ristia mini-  
stranditu  
Ecclesiae.

Sub specie  
vini, nun-  
quam licita  
laicis secu-  
so privilegio.

« tatem non potest hostiam trahicere, det « species vini » : [Ut communissime dicunt Tamburinius<sup>1</sup> cum Fagundez et Diana<sup>a)</sup>; item Croix<sup>b)</sup> cum Suarez, Lugo, Dicastillo, etc., contra Ochagavia<sup>c)</sup>, etc.; quia praeceptum viatici non obligat, quando nequit sumi debito modo et Ecclesiae ritu] « licet talem a mortali excusare conetur « Amicus apud Diana<sup>d)</sup>, Bonacina<sup>e)</sup>, Sanchez, Possevinus<sup>f)</sup>, Barbosa, contra « ipsum Diana<sup>a)</sup>.

« 2º. Qui dispensat sine ueste sacra vel « lumine, aut praevia confessionis generalis formula ». — [Vide dicta n. 241].

« 3º. Qui laico dat hostiam maiorem. « — In necessitate tamen, vel in casu magna devotionis, licet ex majore partculam defractam dare »; [Id si fit sine causa non est licitum, sed non excedit veniale; ut recte ait [Contin.] Tournely<sup>g)</sup> cum Passerino. Sufficit autem ad illud excusandum, si communicandus sit infirmus, vir nobilis, famulus, vel alias qui sine incommode exspectare non potest, etiamsi tantum ex devotione communicet<sup>h)</sup>; ut dicunt communiter idem [Contin.] Tournely<sup>i)</sup> et Concina<sup>j)</sup>; Salmant.<sup>k)</sup> cum Dica-

Omittere vestes sacras et lumen, illicium.

Item, dare laico maiorem hostiam.

Quando licet dare partem maioris hostiae.

<sup>1</sup> Method. SS. Commun., cap. 5, num. 3. - *Fagund.*, de 3 Praec. Eccl., lib. 3, cap. 4, n. 20. - *Suar.*, de Euch., disp. 71, sect. 3, v. f. - *Lugo*, Resp. moral., lib. 1, dub. 10, num. 2 et 8. - *Dicast.*, tr. 4, de Euch., disp. 10, dub. 11, num. 228. - *Amicus*, tom. 7, disp. 29, n. 108. - <sup>a)</sup> Part. 8, tr. 1, resol. 24. - *Barbosa*, de Paroch., cap. 20, n. 45. - <sup>b)</sup> De Euch., cap. 5, art. 2, quer. 8. - *Passer.*, de Statib., qu. 187, art. 1, num. 959. - <sup>c)</sup> Loc. cit. - <sup>d)</sup> De Euch., cap. 7, n. 12. - <sup>e)</sup> Tr. 4, cap. 9, num. 19. - *Dicast.*, tr. 4,

stillo, Diana, Granado, etc.; ac Elbel<sup>l)</sup> cum S. Antonino, Silvestro et Bonacina] — « vel etiam in defectu minorum, plures majores consecrare; easque deinde in minores partes (non tamen adeo parvas, ut honeste dari non possint) divisas distribuere. — Ita Sà<sup>f)</sup>, Bonacina<sup>f)</sup> ».

246. - « Dux 2º. Per se neget: quia alias cooperabit peccato. Per accidentem tamen saepe dare potest, v. gr. si sine scandalo, aut gravi damno suo vel poenitentis, negari non possit. — Vide Bonacina<sup>g)</sup>, Possevinum<sup>h)</sup>.

« Unde resolves:

« 1º. Peccat: 1º. Qui dat pueris ante annum discretionis (nisi in articulo mortis) qui forte circa annum decimum incipit ». — [Vide infra n. 301].

« 2º. Qui dat amentibus, quando nunquam sunt usi ratione. Si vero usi sint, potest et debet illis dari in articulo mortis, si possit sine periculo irreverentiae, et non constet<sup>a)</sup> incidisse in amentiam in statu peccati mortalis. Laymann<sup>i)</sup>. — [Vide dicenda n. 302].

« 3º. Qui dat peccatori publico, v. gr. histrioni turpes comoedias cum mortali

Eucharistia per se neganda indispositis:

Pueris ante discretionem.

Perpetuo amentibus.

Peccatori publico.

disp. 11, dub. 6, num. 113 et 117. - *Diana*, part. 5, tr. 3, resol. 54; cfr. part. 1, tr. 14, resol. 37. - *Jacob. de Granado*, in 3 P., controv. 6, de Euch., tract. 12, disp. 3, num. 3 et 4. - <sup>2</sup> De Eucharistia, num. 59. - *S. Anton.*, part. 3, tit. 13, cap. 6, § 5. - *Silvest.*, v. *Eucharistia II*, num. 15, § *Septimum*. - *Bonac.*, disp. 4, qu. 5, punct. 1, num. 14. - <sup>3</sup> Disp. 1, de Sacramentis in genere, qu. 6, punct. 4. - <sup>4</sup> Cap. 5, n. 21. - <sup>5</sup> Lib. 5, tract. 4, cap. 4, num. 4 et 3.

citra scandalum, inquit, cum non possit haberi alias, credo non peccare mortaliter curatum qui dicto modo ea [sacramento] administraret. Melius ageret, si faceret recipientem sacramenta accedere, et ipse curatus deinde sacramentum administraret, et hoc maxime quadrat in Eucharistia ».

245. - <sup>a)</sup> Diana, part. 5, tr. 3, resol. 34, utramque opinionem affert, neque ipse assentit quamnam amplectatur. Unde inferius male adducitur a Busenbaum, quasi sit contra hanc sententiam. Cfr. etiam part. 8, tr. 1, resol. 24.

<sup>b)</sup> Croix, lib. 6, part. 1, n. 611, negat eo casu teneri viaticum sub specie vini sumere. Sed in fine approbat Tamburinius, qui dicit: « Melius esse dare minimam particulam specierum panis cum vino vel juscule, quam species vini ».

<sup>c)</sup> Ochagavia nempe, de Euch., tr. 2, qu. 18,

n. 9, vult, ut probabilius, moribundum eo casu teneri ad susceptionem speciei vini.

<sup>d)</sup> Doctrinam hanc apud Bonacinam, Sanchez aut Possevinum reperire nequivi.

<sup>e)</sup> Contin. Tournely, Dicastillus, Granado, Bonacina non loquuntur de eo qui ex sola devotione communicaret; plerique tamen ex iis id satis innuunt negando, ut Dicastillus, requiri gravissimam causam; vel dicentes satis esse rationabilem causam. — S. Antoninus tamen loquitur de eo qui est infirmus « ad mortem ».

<sup>f)</sup> Emmanuel Sà, v. *Eucharistia*, n. 15, haec dumtaxat scribit: « Potest sacerdos communicaturo dare partem suae hostiae, si alia non est ». — Bonacina vero, disp. 4, de Euch., qu. 5, punct. 1, n. 14, asserit sacerdotem posse, « si adsit rationabilis causa », partem suae hostiae dare quando aliam non habet.

246. - <sup>a)</sup> Aut « praesumi debeat », subdit Laymann.

« repreasentanti, usurario, meretrici, con- « cubinario: de quibus vide *Filliuclum*<sup>1</sup>. [Vide dicta n. 47, v. *Sed hic*.] — « Dux « publico. Quia si occulte tantum scias « esse indispositum, occulte quidem, non « tamen publice petenti est neganda: nisi « indispositio ex confessione sit nota; tunc « enim extra eam ne licet quidem mo- « nere, ut docet Sanchez, Bonacina, Lay- « mann<sup>2</sup>, card. de Lugo<sup>3</sup>. — [Vide dicta n. 49 et 50].

247. - « 2º. Peccat idem qui negat reis morte plectendis (quibus etiam potest dari aliquot, immo una hora ante mortem, ut habet Sà: danda vero est, si fieri potest, non in carcere, vel alio loco in honore, etiam ob crimen sagarum captis, dummodo poenitentiam prae se ferant: etiam si crimen negent, et violenta duret suspicio. — Tanner<sup>4</sup> ».

Negat Contenson<sup>a)</sup> posse dari communionem capite damnatis: nisi diu prius poenitentia sua crima expiaverint. — Sed recte affirmat laudabilius posse dari dispositis per confessionem Pater Concina<sup>b)</sup> et Juenin<sup>c)</sup>, ut usus habet in Italia et Germania (secus in Gallia et Hispania), et etiam una hora ante mortem, si necessitas urgeat, ut admittit Concina<sup>d)</sup>. Ex concilio enim Nicaeno praescribitur quod Eucharistia danda est omnibus qui ad vitae exitum veniunt<sup>e)</sup>.

« 3º. Recte facit: 1º. Qui raro, v. gr. in Paschate, dat communionem semifatuus,

<sup>1</sup> Tr. 4, cap. 9, num. 276. - *Sanct.*, de Matr., lib. 3, disp. 16, n. 3 et 4. - *Bonac.*, disp. 1, de Sacr. i. g., qu. 6, punct. 4, n. 4. - <sup>2</sup> Lib. 5, tr. 4, cap. 6, n. 10; cfr. tr. 6, cap. 14, n. 9. - <sup>3</sup> De Sacram. i. g., disp. 8, n. 189; cfr. de Poenit., disp. 23, num. 126 et 130. - *Sà*, v. *Eucharistia*, num. 2. - <sup>4</sup> Tom. 3, disp. 4, qu. 5, dub. 4, num. 103. -

247. - <sup>a)</sup> Contenson, lib. 11, part. 2, dis- sert. 4, cap. 1, specul. 3, § *Corollaria*, v. *In- fertur* 7: « Reos morti adjudicatos, inquit; Eucharistiae esse capaces, si modo vere poenitentiae, et peccata confessione sacramentaliter eluerint ». Hinc non dissentit a sententia quam ipse S. Alphonsus tenet.

<sup>b)</sup> Concina, de Euch., cap. 8, n. 5, dicit « rite dispositis »; quod jure S. Alphonsus interpetrat de dispositione per confessionem, cum reus capitis censeatur esse in mortali.

<sup>c)</sup> Juenin, Comment. de Sacram., dis- sert. 4, qu. 6, cap. 4, concl. 2 et 3, commen- morat dumtaxat usum italicum et germanicum, et contrarium usum gallicum et hispanicum.

« et qui debilem habent rationis usum, si saltem hunc cibum a profano distingue norint; ut habent Henriquez<sup>f)</sup> et Possevinus<sup>f)</sup>. — Idem fere dicendum est de surdis et mutis a nativitate. Vide Laymann<sup>5</sup>.

« 2º. Qui dat obsessis a daemone: dummodo sine irreverentia possint sumere. « Ita Suarez, Bonacina, Reginaldus ». — [Vide dicenda n. 303, in fine].

248. - « Dux 3º) Si pastor sit. — Unde resolves:

« 1º. Talis peccat graviter contra justitiam et caritatem si subditis in periculo mortis, licet peste infectis, non det ». [Vide dicta n. 233]. — « Alius vero sacerdos, qui in tali casu, absente vel nolente parocho, nollet dare, peccaret tantum contra caritatem: etsi, secundum Chapeauville<sup>6</sup>, mortaliter.

« 2º. Pastor, ut Eucharistiam opportune petitibus possit ministrare, tenetur eam asservare cum lumine in ecclesia (ne licet alibi, ne in sacellis quidem nobilium, vel choro monialium, aut inter septa monasterii earum, ut habet Tridentinum<sup>7</sup>, nisi cum facultate in sollemnibus festo) in pyxide; quae non necessario est consecrata: licet, si consecrata non sit, debeat interius vestiri vitta linea ex tela consecrata; ut ex S. Thoma<sup>a)</sup> docent Vasquez, Azor<sup>a)</sup> et Reginaldus<sup>a)</sup>. — [Vide de hoc dicenda n. 424, v. *Hic ultimo loco*].

*Concil. Nicaen.*, I, can. 13; ap. Labbe, tom. 2, col. 46.

<sup>5</sup> Lib. 5, tr. 4, cap. 4, num. 5. — *Suar.*, disp. 69, sect. 2, v. *Quarto*. — *Bonac.*, disp. 4, qu. 6, punct. 1, n. 6. — *Regin.*, lib. 29, n. 80. — <sup>6</sup> De Necessit. et Modo ministrandi sacram. tempore pestis, cap. 4, qu. 37, n. 2. — <sup>7</sup> Sess. 25, de regular., cap. 10. — *Vasq.*, disp. 233, cap. 4, n. 35 et 36.

Pastor negans Eucharistiam subditis, qualiter peccet.

Eucharistia ubi servanda.

<sup>a)</sup> Concina, loc. cit., scribit: « In ipso mortis exitu ».

<sup>b)</sup> Et sane S. C. de Prop. Fide, die 5 Iulii 1841, declaravit, posse, et quidem per modum viatici, capite damnatis deferri SS. Sacramento, pridie vel ipso die eorumdem executionis.

<sup>c)</sup> Henriquez, lib. 8, cap. 42, num. 3; Possevinus, cap. 8, num. 9, id concedunt citra irreverentiam, quod Henriquez (de pueris loquens) hoc modo interpretatur: « Dum nesciunt, inquit, hunc cibum discernere a profanis ».

<sup>d)</sup> Auctores isti non satis accurate citantur a Busenbaum; Azor enim, part. I,

Lumen co-  
ram Eucha-  
ristia arde-  
re debet.

« 3º. Si ob graviter culpabilem negligi-  
gentiam parochi, vel ejus cui ista cura  
commissa est, integro die, vel aliquot  
integris noctibus, lumen non ardeat ante  
venerabile Sacramentum, peccare eum  
mortaliter (secus, si per horam tantum)  
docet Quintanadvenas<sup>1</sup>, item Diana<sup>2</sup>:  
— licet Marchant<sup>3</sup> obligationem et con-  
suetudinem tam universalem neget: uti  
et de lumine paeferendo, quando de-  
fertur Sacramentum foras; atque ex  
causa id posse omitti, ut cum defertur  
ad aegrum longe distantem, nec com-  
mode fieri potest cum lumine ». — [Vide  
dicta hic, n. 241, v. *Ministrare*].

249. — Plura quaesita diversa et utilia  
ad praxim hic sunt resolvenda.

Quaeritur 1º. An in Missa de *Requiem*  
possit dari *communio*? — Hic tria dubia  
occurront.

Dubitatur 1º. *An liceat communionem  
ministrare intra Missam?*

Negat Gavantus<sup>4</sup>, et Croix<sup>5</sup> ex de-  
creto S. C. Rituum, edito die 22 Januarii  
1701. — Sed affirmant merito Pignatelli<sup>6</sup>,  
Quarti<sup>7</sup>; et Merati<sup>8</sup> cum Castaldo et aliis  
pluribus. Probatur ex Tridentino<sup>9</sup>, ubi di-  
citur: *Optaret... sacrosanta synodus, ut in  
singulis Missis fideles adstantes... Eucha-  
ristiae perceptione communicarent.* (Nota  
in singulis Missis; ergo etiam in Missis  
defunctorum). Item, quia in canone etiam  
missalis defunctorum dicitur: *Ut quotquot  
ex hac altaris participatione sacrosan-  
ctum Filii tui Corpus et Sanguinem sum-  
pserimus, etc.* Deinde ibidem inferius post  
communionem celebrantis, sic habetur: *Si  
qui sunt communicandi, eos communicet  
antequam se purificet.* Refertque Merati  
haec verba inserta fuisse in missali defun-  
ctorum tempore Urbani VIII, qui haec

<sup>1</sup> Tr. 4, singul. 1, num. 2 et 3. — <sup>2</sup> Part. 9, tr. 6,  
resol. 34. — <sup>3</sup> Resolut. pastor., tr. 4, cap. 5, qu. 3, n. 4.  
— <sup>4</sup> Part. 2, tit. 10, num. 6, lit. n. — <sup>5</sup> Lib. 6, part. 1,  
n. 492. — <sup>6</sup> Tom. 9, consult. 90, n. 38 et 39. — <sup>7</sup> Part. 2,  
tit. 10, num. 6, in explic. literal. v. *Tertio*. — <sup>8</sup> Part. 2,  
tit. 10, rubr. 6, Nov. Observ., num. 28. — *Castald.*, Prax.

praescripsit inter caetera: *Comunicando  
fra la Messa de Requiem, si faccia lo  
stesso; né si dia alcuna benedizione.*

Nec obstat decretum oppositum anni  
1701. Nam asserit idem Merati invenisse  
adnotatum in Directorio Ecclesiae Ge-  
nuensis anni 1715, quod, licet anno 1701  
a S. Congregatione vetita fuisse com-  
munio fieri in Missis defunctorum, tamen  
ab eadem S. Congregatione ex novis mo-  
tivis prohibitum fuit extra dari copiam  
praedicti decreti. — Deinde refert idem  
auctor quod die 21 Martii 1711, repropo-  
sito hoc dubio, eadem S. Congregatio cen-  
suit praefatum decretum anni 1701 suspen-  
endum esse. Hinc hodie ubique viget  
usus communionem dispensandi intra Mis-  
sa de *Requiem*; immo hodie certum est  
licere ex decreto mox referendo.

Dubitatur 2º. *An in Missa defunctorum  
liceat dare communionem ex particulis  
praeconsecratis in alia Missa?*

Affirmant Pater Merati<sup>10</sup> et Benedic-  
tus XIV<sup>11</sup>, dicentes opinionem oppositam  
aliorum nullo modo esse admittendam,  
prout noviter adinventam; cum omnes  
auctoritates et rubricae nunquam de hac  
limitatione verbum faciant. Nec refert  
quod particulae praeconsecratae non spe-  
cent ad idem sacrificium; nam ad totum  
fructum sacramenti percipiendum, sufficit  
ut fideles de eadem victimâ participent.  
— Supposititum autem pro certo reputat  
Merati quoddam decretum in contrarium,  
quod refertur in quodam Calendario anni  
1736. Dicit enim ipse omnem diligentiam  
adhibuisse in evolvendis regestis S. Ri-  
tuum Congregationis, in quibus nunquam  
potuit tale decretum invenire.

Sed his non obstantibus, die 2 Septem-  
bris 1741, novum prodiit decretum S. C. Ri-

Ex parti-  
culis prae-  
consecratis.

sacr. caeremoniar., lib. 2, sect. 14, cap. 7, num. 9. —  
<sup>9</sup> Sess. 22, de Sacrif. Miss., cap. 6. — *Merati*, loc. cit.,  
num. 23, v. *Aliis etiam*. — *Merati*, loc. cit., v. *Nonnulli  
contra*. — <sup>10</sup> Part. 2, tit. 10, rubr. 6, Nov. Observ., n. 30. —  
<sup>11</sup> De Sacrif. Miss., lib. 3, cap. 18, n. 12. — *Merati*, loc. cit.,  
v. *Postquam haec*.

lib. 10, cap. 27, qu. 7, negat dumtaxat pyxi-  
dem esse consecrandam; *Reginaldus*, lib. 29,  
n. 201, negat eamdem consecrandam esse  
chrismatis unctione, et satis esse ait benedi-  
ctionem. Neuter vero loquitur de vitta linea. —  
Ad S. Thomam quod attinet, ipse non directe

a Vasquez citatur; citatur autem Sotus, qui,  
in 4, dist. 13, qu. 1, art. 3, v. *Appendit au-  
tem D. Thomas*, negat esse necessariam py-  
xidis consecrationem; sed Sotus ipse, non  
Doctor Angelicus, quem commentatur, haec  
habet.

tuum in *Aquensi*, quo dictum fuit: *In  
Missis defunctorum, quae in paramentis  
nigris celebrantur, non ministretur Eu-  
charistia per modum sacramenti, scilicet  
cum particulis praeconsecratis, extra-  
hendo pyxidem a custodia. Potest tamen  
ministrari per modum sacrificii, prout  
est quando fidelibus praebetur commu-  
nio cum particulis infra eamdem Mis-  
sam consecratis.* — Hic autem notandum,  
quod antea, die 21 Junii 1670, in *Uritana*,  
aliud fuit decretum emanatum, ni-  
mirum: *Missae defunctorum non possunt  
celebrari, nisi cum colore nigro vel saltem  
violaceo.*

His positis, nempe quod tantum in pa-  
ramentis nigris prohibetur Eucharistia  
ministrari, et alias permittitur celebrare  
Missas de *Requiem* in violaceis: infertur,  
licite posse in Missis defunctorum quae  
celebrantur in violaceis, ministrari Eu-  
charistiam cum particulis praeconsecra-  
tis; et insuper ministrari posse tam ante  
quam post Missam.

Dubitatur 3º. *An communio possit mi-  
nistrari a celebrante ante vel post Missam  
defunctorum?*

Merito id negat Merati. — Quia extra  
Missam nunquam in paramentis nigris est  
distribuenda communio: cum juxta Ri-  
tuale Romanum praescribatur in admini-  
stratione Eucharistiae utendum esse stola  
coloris officio illius diei convenientis; vel  
saltem coloris albi, ut censem idem Merati  
cum pluribus doctoribus: quod etiam ap-  
probavit S. Carolus<sup>1</sup>.

Caeterum certum est ex Rituale Ro-  
mano, intra Missas vivorum communio-

*Merati*, part. 2, tit. 10, rubr. 6, Nov. Observ., n. 31.  
— *Merati*, loc. cit. — <sup>1</sup> Concil. provinc. Mediolan. V,  
tit. 10, *Quae ad SS. Euch. sacram. pertinent - Pasqual.*  
de Sacrif. Miss., qu. 311, n. 8. — <sup>2</sup> Lib. 6, part. 1, n. 494.  
<sup>3</sup> De Euch., num. 287 et 288. — *Gobat*, tr. 3, num. 798.  
*Pelliss.*, de Monialib., cap. 10, num. 241. — *Tambur.*,  
Method. celebrand. Miss., lib. 2, cap. 8, § 8, num. 3.  
— *Lohner*, Instruct. I de Missa, part. 2, tit. 26, num. 7.  
— <sup>4</sup> Lib. 6, part. 1, n. 494. — <sup>5</sup> Loc. cit., num. 495. — *Gobat*,  
tract. 3, num. 799. — *Pasqual.*, de Sacrif. Miss., qu. 315,  
num. 3. — *Lohner*, loc. cit. — <sup>6</sup> Tit. de Defectib., vii,  
num. 2. — *Ibid.*, ap. *Croix*, loc. cit., n. 496. — *Jacob*, de  
*Granado*, in 3 P., controv. 6, de Euch., tract. 10, disp. 8,  
num. 11.

249. — a) Rituale Romanum de *Euch.*,  
*Ordo administrandi*; et Benedictus XIV, loc.  
cit., cap. 18, n. 9, concedunt posse Eucha-  
ristiam ministrari « post Missam » ex rationa-  
bili causa. — Quidquid vero sit de antiquis  
praescriptionibus circa hanc materiam, hodie  
ex decretis S. R. C., communio dari potest  
tum ante, tum intra, tum post Missam defun-  
ctorum; omissa tamen ante vel post Missam

nem populi statim post sacerdotis sum-  
ptionem fieri debet: nisi justa causa sua-  
det fieri ante <sup>a)</sup> vel post Missam, uti si  
plurimi interessent, et suspicio esset quod  
aliqui eorum Missae longioris taedio cape-  
rentur; ut docet noster Pontifex Bene-  
dictus XIV <sup>a)</sup>.

250. — Quaeritur 2º. *Quid faciendum  
casu quo decidat hostia?*

Primo tegendum est locus panno lineo  
mundo, et postea ablwendus, ut praeci-  
piunt rubricae: quae tamen non obligant  
sub gravi, ut notat Pasqualigo apud Croix<sup>2</sup>;  
Holzmann<sup>3</sup>, qui addit cum Gobat, Pelliz-  
zario, Tamburino et Lohner, apud Croix<sup>4</sup>,  
ordinarie omitti posse ablutionem vestis  
aut barbae, ad evitandam turbationem  
populi. — Locus vero ubi incidunt spe-  
cies vini, semper debet ablui, cum ipsae  
imbibantur, etsi non sit opus eas combu-  
rere. — Si hostia decidat super ubera mu-  
lieris, non debet sacerdos ipse auferre;  
sed ipsa mulier manu abstrahat, et repo-  
nat in ciborio <sup>a)</sup>. *Croix*<sup>5</sup> cum Gobat, Pa-  
squaligo et Lohner.

251. — Quaeritur 3º. *Quid faciendum de  
fragmentis hostiarum?*

In rubrica missalis<sup>6</sup> sic habetur: *Si de-  
prehendat (sacerdos) post sumptionem  
Corporis et Sanguinis, aut etiam post  
ablutionem reliquias aliquas relictas con-  
secratas, eas sumat, sive parvae sint  
sive magnae; quia ad idem sacrificium  
spectant.* — Et hoc, non solum imme-  
diata post Missam, ut commune est apud  
*Croix*<sup>a)</sup>; sed etiam si sacerdos sit in sa-  
cristia, adhuc tamen indutus vestibus  
sacris, ut dicunt ibid. *Gobat*<sup>b)</sup>, *Granado*,

Fragmen-  
ta relicta  
quando su-  
menda.

benedictione. Vide decreta authent., n. 1711  
ad 2, et n. 3177.

250. — a) Nisi tamen modeste et decenter  
per sacerdotem ipsum accipi possit, ut dicunt  
Gobat et Lohner.

251. — a) Quod *Croix*, lib. 6, part. 1, n. 496,  
dicit commune, ad aliud assertum: referen-  
dum est.

b) *Gobat*, tr. 3, n. 422, non satis accu-

Diana<sup>c)</sup>, etc. (ac consentit Benedictus XIV<sup>1</sup>), contra Lugo<sup>2</sup>.

Idque posse fieri dicunt Tamburinius<sup>d)</sup> et Marchinus<sup>d)</sup>, etiam si fragmenta illa sint reliquiae alterius sacrificii; quia (ut ajunt) omnes Missae censentur unum specie sacrificium: et hoc probabile putat Tournely<sup>e)</sup>.

Sed melius id negant communiter Cagjetanus, Silvester, Navarrus, Vasquez et Bonacina<sup>f)</sup>, apud Tournely; item Lugo<sup>g)</sup>; ac Croix<sup>f)</sup> cum Suarez et Tanner: nisi adsit periculum irreverentiae. Alias non licebit: tum quia ex rubrica (ut supra), sacerdos non potest sumere reliquias post ablutionem, nisi eas tantum quae ad idem sacrificium spectant; tum quia sumptio reliquiarum alterius sacrificii non pertinet ad illius perfectionem, sicut sumptio reliquiarum ejusdem sacrificii.

Dictum est: *adhuc induitus*. Nam si sacerdos jam se exuerit vestibus sacris, tunc censem praefatus Benedictus XIV<sup>4</sup> cum clero Patavino, reliquias, vel repenandas in tabernaculo, si adsit, vel reservandas alteri sacerdoti celebraturo eodem mane; alioquin ab eodem qui celebravit esse sumendas.

<sup>1</sup> De Sacrif. Miss., lib. 3, cap. 17, num. 5 (al., sez. 2, cap. 6, § 1). — <sup>2</sup> De Euch., disp. 15, num. 82. — *Cajetan.*, Opusc. tom. 2, tr. 3, qu. 1. — *Silvest.*, v. *Eucharistia III*, n. 10, qu. 8. — *Navar.*, Man., cap. 25, n. 89, v. *Vigesimo tertio*. — *Vasq.*, disp. 211, cap. 5, num. 34 et 55. — *Contin.*, *Tourn.*, de Euch., cap. 6, art. 2, sect. 1, dub. 1, in princip. — <sup>3</sup> De Euch., disp. 15, n. 81. — *Suar.*, disp. 68, sect. 6, ad 1. — *Tanner*, tom. 4, disp. 5, qu. 8, n. 101. — <sup>4</sup> De Sacrif. Miss., lib. 3, cap. 17, num. 5 (al., sezione 2, cap. 6, § 1).

rate citatur a Croix; id enim concedit, etiam si sacerdos jam sacris vestibus exutus sit, modo tamen non possent asservari, nec sit alius sacerdos qui Sacrum faciat.

<sup>c)</sup> Diana pariter non recte a Croix citatur; negat enim per se fieri posse; et alio loco iterum adhaeret huic negativae « tamquam communiori et probabiliori ». Et solum dicit de sententia affirmativa: « Non damnarem tamen de peccato supradictam sententiam Granadi sequentem ». Vide Diana part. 5, tr. 14, resol. 43; part. 6, tr. 6, resol. 17; et part. 3, tr. 4, resol. 45.

<sup>d)</sup> Tamburinius et Marchinus perperam a Croix, loc. cit., n. 496, allegantur; Tamburinius enim, *Method. SS. Commun.*, cap. 2, n. 40; Marchinus, *de Ordine*, tr. 3, part. 3, cap. 3, n. 20, expresse negant posse reliquias aliis sacrificii sumi a sacerdote, postquam hic ab altari discessit.

Hic autem advertendum 1º. Quod si sacerdos deferat communionem infirmo in valetudinario, et remaneant reliquiae in patena vel calice, poterit sacerdos eas sumere, si adhuc sit sacrus indutus vestibus; ut ajunt Palaus<sup>g)</sup>, Tamburinius<sup>g)</sup> et Burghaber, apud Croix<sup>h)</sup>. — Bene vero poterit etiam eas dare infirmo statim post particulam ipsi traditam; quia tunc censem moraliter una communio: prout recte dicunt idem Tamburinius, Burghaber cum Marchino<sup>h)</sup>, et Lugo<sup>i)</sup>, qui testatur sic usum ferre, ut post communionem aegri abluitur pyxis, et ablutione ipsi tradatur.

2º. Item advertendum id quod additur in praedicta rubrica<sup>g)</sup>: *Si vero relicta sit hostia integra consecrata, eam in tabernaculo... reponat; si hoc fieri nequit, sequenti sacerdoti ibi celebraturo... sumendam... relinquat; vel si neutrum horum fieri possit, in ipso calice seu patena de center conservet... Quod si non habeat quomodo honeste conservetur, potest eam ipse mei sumere.* — Particulae autem inventae extra corporale, in dubio an sint consecratae, sumendae sunt etiam post ablutionem<sup>h)</sup>; ut dicunt Bonacina, Henriquez et Gobat, apud Croix<sup>g)</sup>.

*Cler. Patav.*, scil. *Decis. Patav.*, anni 1708, a P. Andrea Zuccherio S. J. select. et compil. Decembr. cas. 1, dub. 2, n. 27 et 29. — *Burghaber*, Centur. 3, cas. 37. — <sup>5</sup> Lib. 6, part. 1, num. 496. — *Tambur.*, *Method. SS. Commun.*, cap. 2, num. 43. — *Burgh.*, loc. cit. — <sup>6</sup> De Ordine, tr. 3, part. 3, cap. 3, num. 18. — <sup>7</sup> De Euch., disp. 15, n. 80. — <sup>8</sup> Tit. de Defectib., VII, num. 3. — *Bonac.*, disp. 4, de Euch., qu. 6, punct. 2, num. 16. — *Henriq.*, lib. 9, cap. 39, n. 3. — *Gobat*, tract. 3, n. 420. — <sup>9</sup> Lib. 6, part. 1, n. 498.

<sup>e)</sup> *Contin.* Tournely, *de Euchar.*, cap. 6, art. 2, sect. 1, dub. 1, v. *Haec opinio*, loquitur dumtaxat de sumptione « post ablutionem », et dicit non solum probabile, sed tutum; quin etiam tutius, eo « quod plus sacramenti reverentiae consulat ».

<sup>f)</sup> Plerique ex auctoribus allegatis innunt, et quidem perspicue, negativam sententiam, potius quam eamdem expresse tueantur; unde *Contin.* Tournely dicit: « Adhaerent ». — Quin etiam Bonacina dicit « melius » esse; et Croix, « rectius », ut asserventur ejusmodi reliquiae, si id possit fieri absque irreverentia.

<sup>g)</sup> Palaus et Tamburinius falso a Croix citantur pro praesenti casu, quem revera patermitutum.

<sup>h)</sup> In *Hom. apost.*, tr. 15, n. 18, i. f., S. Doctor addit: « Et melius (dico) esset cum ipsa ablutione ».

Quid de reliquis in communione infirmi.

Qualibet hora potest dari communio.

Non tam noctu vel sub vesperis.

Limitatio.

### 252. - Quaeritur 4º. Quanam hora possit dispensari communio?

Respondetur: Per se loquendo, qualibet diei hora dispensari potest; quia circa hoc nulla adest prohibitio. Ita communiter docent Palaus<sup>1</sup>, Roncaglia<sup>2</sup>; Salmant.<sup>3</sup> cum Angelo, Coninck et Fagundez; ac Bonacina<sup>4</sup> cum Silvestro, Sà, Tabiena, Azor, Possevino, Henriquez; et Suarez<sup>5</sup>, ubi affert S. Ambrosium dicentem, suo tempore fuisse consuetudinem celebrandi et dandi communionem<sup>a)</sup> circa finem diei.

Diximus: *per se loquendo*. Nam, ut dicunt omnes<sup>b)</sup> auctores citati, non licet Eucharistiam ministrare noctu vel sub vesperas (id est in extrema diei parte); tum propter scandalum, tum propter hodiernam Ecclesiae consuetudinem: — contra Aversa (apud Croix<sup>6</sup>), qui dicit esse quidem congruum ut communio fiat mane, sed licere etiam vesperis. Sed hoc tantum admittunt Palaus<sup>7</sup> cum Coninck<sup>c)</sup>; Tamburinius<sup>d)</sup> cum Sà<sup>d)</sup> et Suarez<sup>d)</sup>; ac Jordanus apud Croix<sup>8</sup>, si accedit aliqua specialis causa: et hoc probabile videtur si fiat sub vesperis. Nam intempsa nocte

<sup>1</sup> Tr. 21, punct. 16, num. 3. — <sup>2</sup> De Euch., cap. 4, qu. 6, resp. 1. — <sup>3</sup> Tr. 4, cap. 8, n. 38. — *Angel.*, v. *Eucharistia III*, n. 35. — *Coninck*, qu. 80, num. 85. — *Fagund.*, de 3 Praec. Eccl., lib. 3, cap. 7, num. 13. — <sup>4</sup> *Disp. 4*, de Euch., qu. 7, punct. 1, num. 14. — *Silvest.*, v. *Eucharistia III*, n. 17, v. *Quintum*. — *Sà*, v. *Eucharistia*, n. 19. — *Tabien.*, v. *Missa*, n. 6. — *Azor*, part. 1, lib. 10, cap. 25, qu. 7. — *Possev.*, cap. 8, n. 8. — *Henriq.*, lib. 8, cap. 53, n. 5, i. f. — <sup>5</sup> *Disp. 80*, sect. 4, v. f.; et *disp. 69*, sect. 4, v. *Tandem*. — *S. Ambros.*, serm. 8, n. 48, in Psalm. 118;

puto cum Salmant. et Bonacina, non licere nisi in solo casu necessitatis.

Sic etiam non licet dare communionem in Missa *Nativitatis Domini* quae dicitur *media nocte*<sup>e)</sup>: ex decreto S. C. Rituum, apud Benedictum XIV<sup>9</sup>.

Nec in die *Parasceves*: ex decreto ejusdem S. Congregationis, die 19 Febr. 1622, apud Gavantum<sup>10</sup>. Et licet hoc decretum in registris non reperiatur testetur Merati, tamen S.C. Concilii, die 12 Febr. 1679, apud Benedictum XIV<sup>11</sup>, mandat Ordinariis, *ut circa communionem in feria sexta Parasceve, missalis rubricae et Ecclesiae Romanae usus serventur*. — Ex quo recte infert noster Pontifex vetitam esse tali die communionem: tum quia in rubrica missalis Feriae V dicitur, debere asservari quasdam particulas pro infirmis, et sic sani excluduntur; tum quia juxta Romanam consuetudinem, Feria sexta non distribuitur Eucharistia.

In die autem *Sabbati Sancti* nullum adest decretum prohibens communionem. — At Macrus<sup>12</sup> ait: *In Missa Sabbati Sancti haec antiphona* (Communio) *ideo non*

<sup>a)</sup> Quid in Missa media noctis in Nativitate Domini.

<sup>b)</sup> In die Parasceve non licet.

<sup>c)</sup> Sabbato Sancto licite datur communio.

### 252. - a) In diebus scilicet jejuniis.

b) Seu rectius: aliquot ex citatis auctoris.

c) Coninck, qu. 80, n. 85, id non concedit « extra necessitatibus ».

d) Tamburinius, *Method. expedit. Commun.*, cap. 6, § 1, n. 5, concedit « extra mortis necessitatibus ». Et ibi citat Sà, v. *Eucharistia*, n. 19; et Suarez, *disp. 69*, sect. 4, v. *Tandem*, ubi revera auctores isti asservunt communionem posse dari qualibet diei hora. Sed Tamburinius addit non esse facile concedendum propter populi admirationem. — Quaesitum est a S. R. C.: « An die magni concursus ad indulgentiam plenariam vel jubilaeum possit ministrari sacra Eucharistia fidelibus aliquaque hora ante auroram et post meridiem ». Et S. C., die 7 Septemb. 1816, respondit: « In casu de quo agitur, affirmative, a tempore ad tempus quo in illa ecclesia Missae celebrantur; vel ad formam rubricae, vel ad formam in-

dulti eidem ecclesiae concessi. Decret. Authent., n. 2572, ad 23.

e) Seu clarius, ut liquet ex allegatis decretis, id prohibetur non quidem in Missa solemni quae media nocte Nativitatis Domini decantatur; sed in Missis privatis, quae certe quoque et ipsae secluso speciali indulto, illa nocte celebrari ventur.

Novissime tamen, per S. C. S. O., die 1 Augusti 1907, SS. D. N. Pius divina providentia PP. X, « motu proprio, benigne indulgere dignatus est, ut in omnibus et singulis sacramentis virginum monasteriis clausurae legi subjectis aliisque religiosis institutis, piis dominibus et clericorum seminariis, publicum aut privatum oratorium habentibus cum facultate Sacras Species habitualiter ibidem asservandi, sacra nocte Nativitatis D. N. J. C. tres rituales Missae, vel etiam pro rerum opportunitate, una tantum, servatis servandis, post hac in perpetuum quotannis celebrari, sanctaque commu-

*dicitur, quia communio populo non fit. Itaque abusus etiam censendus est illorum qui communionem concedunt in hac die.* Haec tamen ratio non suadet: nam perdoctus Pater Merati<sup>1</sup> cum Grancolas, Moretto<sup>2</sup> et aliis, satis probat quod olim in Missa Sabbati Sancti omnes communicaabant, non solum parvuli, sed etiam reliqui fideles; ut patere dicit ex quodam antiquo *Ordine Romano*, ubi legitur inter caetera: *Omnes communicent.* Additque cum Gavanto, Grancolas et Durando, non ob aliud hodie omitti *communionem et postcommunionem*, nisi quia loco earum suffectae sunt Vesperae; quae gratiarum actio potius descendae sunt quam officium Vesperarum. — Non habemus igitur, ubi vetita sit communionio in tali die. Unde ait *Viva*<sup>3</sup>, quolibet die permitti susceptionem Eucharistiae, excepta feria sexta Parasceves. Immo notum est quod in pluribus ecclesiis regni et urbis Neapolis, ac praesertim in ejus cathedrali, communio post Missam solemnem populo ministratur<sup>4</sup>.

253. — Quaeritur 5<sup>o</sup>. *Quoties parochus teneatur ministrare Eucharistiam suis ovibus?*

Aliqui dixerunt parochum teneri tantum tempore praecepti et in articulo mor-

<sup>1</sup> Part. 4, tit. 10, rubr. 40, Nov. Observ., n. 57, v. *Venerum*. — *Grancolas*, in Breviar. Rom., lib. 2, cap. 71, v. *Ad hanc*. — *Gavant.*, part. 4, tit. 10, rubr. 38, lit. i. — *Grancolas*, loc. cit., v. *Ex eo quod omitti*, i. f. — *Durand.*, Rational. divinor. officior., lib. 6, cap. 85, n. 7 et 8. — <sup>2</sup> De Euch., qu. 4, art. 9, num. 1. — *Silvest.*, v. *Confessor I*, num. 14,

nio omnibus pie potentibus ministrari queat. Devotam vero hujus vel harum Missarum auditionem omnibus adstantibus ad praecepti satisfactionem valere, eadem Sanctitas Sua expresse declarari mandavit.

<sup>3</sup>) Morettus, *de Ritu variandi chorale indumentum*, n. 14, loquitur sane de neonatis, sed ex contextu liquet verbum istud intelligendum esse de renatis per Baptismum, seu neophyti.

<sup>4</sup>) Quin etiam, Sabbato Sancto inter Missarum solemnia, sacra Eucharistia fidelibus distribui potest: et per hanc communionem adimpleri potest praeceptum paschalis communionis, ex decreto S. R. C. Vide *Decret.* *authent.*, n. 2561.

253. — a) De confessione loquentes.

b) Sotus, in 4, dist. 12, qu. 1, art. 6, conclus. 2, § *Sententia auctoris*, dicit praelatum teneri ministrare sacramentum subditu, « non solum tempore quo subditus obligatur com-

tis. Ita <sup>a)</sup> Silvester et Richardus. — Sed communiter hi rejiciuntur ab aliis, qui docent teneri ministrare quoties oves rationabiliter et opportune petunt. Ita communiter, cum Busenbaum (n. 245), Sotus<sup>b)</sup>, Suarez, Filliuccius, Palaus, Dicastillus, Vasquez<sup>c)</sup>, Azor<sup>d)</sup> et alii, cum Salmant.<sup>e)</sup> Ratio, quia pastori incumbit providere, non solum ut oves adimpleant praecpta, sed etiam ut habeant ea quae valde prosunt suo profectui<sup>e)</sup>.

254. — Quaeritur 6<sup>o</sup>. *Quid sentiendum de usu quotidiana communionis?*

Male quidem locuti sunt aliqui, qui dixerunt communionem quotidianam suadendam, immo praecipiendam esse omnibus illis qui sunt in gratia. Licet enim S. Ambrosius dixerit: *Accipe quotidie, quod quotidie tibi prospicit*; subiungit tamen: *Sic vive, ut quotidie merearis accipere.* Hinc dicit S. Thomas<sup>f)</sup>: *Requiritur ut cum magna devotione et reverentia... accedat... Sed quia multoties in pluribus hominum multa impedimenta hujus devotionis occurront..., non est utile omnibus hominibus quotidie ad hoc sacramentum accedere.* — Unde merito damnata fuit ab Innocentio XI, propositio 56, quae dicebat: *Frequens confessio et communio, etiam in his qui*

qu. 18. — *Richard de Mediavili*, in 4, dist. 18, art. 2, qu. 3. — *Suar.*, disp. 72, sect. 3. — *Fill.*, tr. 4, cap. 9, n. 268. — *Palaus*, tr. 21, punct. 20, n. 3. — *Dicast.*, tr. 4, de Euch., disp. 11, dub. 7, n. 119 et 120. — <sup>3</sup> Tr. 4, cap. 9, n. 29. — *S. Ambros.*, de Sacram., lib. 5, cap. 4, n. 25; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 16, col. 452. — <sup>4</sup> P., qu. 80, art. 10.

municare... verum etiam quando ex sua devotione vellet illud suscipere».

c) Vasquez, *disp. 209*, n. 52: « Parochus, inquit, non solum debet audire confessionem et Eucharistiam ministrare tempore praecepti... sed extra illud: siquidem profectui ovium invigilare debet». Et *disp. 213*, n. 13, de confessione tractans, dicit parochum debere subditorum confessiones audire, non solum tempore praecepti; « sed etiam alias, prout ipsi voluerint ob majorem sui spiritus profectum ».

d) Azor, *part. I*, lib. 2, cap. 17, qu. 10, sic docet de confessione a parroco audienda.

e) Suarez, Filliuccius, loc. cit.; et Palaus, loc. cit., n. 4, hanc suam opinionem limitant: Nisi parochus renuat « propter rationabilem occurrentem causam, vel certe quia habet alios coadjutores, ad quos possunt oves sine ullo dispendio vel difficultate accedere ». Verba sunt Suarez.

Quoties  
parochus  
teneatur  
dare com-  
munione  
suis paro-  
chianis.

Opinio  
S. Alphonsi  
de quotidiana  
communione.

*gentiliter vivunt, est nota praedestinatio- nis. Melius dicere debebant: Est nota reprobationis.*

Nimis rigorose e converso alii sentiunt de quotidiana vel frequenti communione, qui ab illa animas arcent, si hae valde extraordinaria puritate et fervore non polleant. Damnata enim fuit propositio 23 ab Alexandro VIII, quae dicebat: *Similiter arcendi sunt a sacra communione, quibus nondum inest amor Dei purissimus et omnis mixtionis expers.* — Nec mirum si aliquis magister antiquus cum rigore de hoc sit locutus; tunc enim temporis, usu vigebat talis rigor qui hodie non viget.

Ideo super hoc puncto sedulo attendendum est ad decretum S. Congregationis editum anno 1679, et approbatum a Pontifice Innocentio XI (prout in extensum refertur a Croix<sup>1</sup>): ubi inter alia primo loco dicitur usus frequens vel quotidianus Eucharistiae semper fuisse in Ecclesia approbatus a SS. Patribus; sed, ratione diversitatis conscientiarum, nihil de ipso constitui posse. Deinde pronuntiatur sic: *Frequens... accessus (ad Eucharistiam) confessariorum... judicio est relinquendus, qui ex conscientiarum puritate et frequen- tiae fructu et ad pietatem processu, laicis negotiatoribus et conjugatis, quod prospicient eorum saluti profuturum, id illis praescrivere debebunt.* — Postea additur: *In hoc igitur pastorum diligentia potissimum invigilabit, non ut a frequenti aut quotidiana... sumptione, unica praecepti formula aliqui deterreantur, aut sumendi dies generaliter constituantur. Sed magis, quid singulis permittendum, per se, aut*

*S. Congregationis Concilii*, decretum *Cum ad aures*,

*parochos seu confessarios, sibi decernen- dum putet (loquitur de episcopo); illud- que omnino provideat, ut nemo a sacro convivio, seu frequenter seu quotidie ac- cesserit, repellatur. — Denique concludit quod episcopi, in quorum dioecesisibus viget hujusmodi devotio (id est usus fre- quentis communionis)..., pro illa gratias Deo agant, eamque ipsi, adhuc pruden- tiae et judicij temperamento, alere debe- bunt.*

Quoad hoc pontificium decretum no- tandum est 1<sup>o</sup>. Praecipi ibi quod episcopi, et tanto minus parochi, quamvis possint alicui ex suis ovibus in particulari taxare communiones, minime tamen generaliter pro omnibus dies communionis praescri- bere possunt. Immo providere debent omnino ut nemo repellatur a frequenti vel quotidiana communione: cujus usum ipsi, juxta prudentiae regulas, potius alere tenentur.

Notandum 2<sup>o</sup>. Ibi praecipi ut talis usus frequentis sive quotidiana communionis (etiam pro negotiatoribus et conjugatis) relinquatur arbitrio confessariorum: qui juxta conscientiarum puritatem et pro- fectum communiones praescribant. — Hinc dicendum quod confessarius, praesertim ex fructu frequentiae et ex desiderio poenitentis, regulam sumere debet augendi vel minuendi usum communionis<sup>2</sup>. (Vide quae de hoc punto fusius dicemus in *Praxi Confessar.*, Cap. ix, § iv).

An autem dispensans Eucharistiam in mortali pecchet mortaliter? — Vide n. 35, ubi sententiam affirmativam am- plexi sumus.

diei 12 Februarii 1697. — <sup>1</sup> Lib. 6, part. 1, num. 665.

254. — a) Haec S. Alphonsi doctrina, si- cut ea quam exponit in *Praxi Confessar.*, loc. cit., hodie immutanda vel explicanda est, juxta normas a S. C. Concilii die 20 Decem- bris 1903 traditas et praescriptas, nimurum: « 1. Communio frequens et quotidiana, utpote a Christo Domino et a catholica Ecclesia optatissima, omnibus christifidelibus cuiusvis ordinis aut conditionis pateat; ita ut nemo qui in statu gratiae sit et cum recta piaque mente ad sacram mensam accedat, prohiberi ab ea possit. — 2. Recta autem mens in eo est ut qui ad sacram mensam accedit, non usui aut vaniti, aut humanis rationibus indulget, sed Dei placito satisfacere velit, ei arctius ca-

ritate conjungi, ac divino illo pharmaco suis infirmitatibus ac defectibus occurriere. — 3. Etsi quam maxime expediat ut frequenti et quotidiana communione utentes, venialibus peccatis saltem plene deliberatis eorumque affectu sint expertes, sufficit nihilominus ut culpis mortalibus vacent, cum proposito se nunquam in posterum peccatueros; quo sincero animi proposito fieri non potest quin quotidie comunicantes a peccatis etiam venialibus ab eorumque affectu sensim se expediant. — 4. Cum vero sacramenta Novae Legis, etsi effectum suum ex opere operato sortiantur, maiores tamen producant effectum quo maiores dispositiones in iis suscipiendis adhi-